

Universitätsbibliothek Wuppertal

Annæi Senecæ Tvm Rhetoris Tvm Philosophi Opera Omnia

Quid in eo contineatur sequens pagina indicabit

Seneca, Lucius Annaeus <Rhetor>

M.DC.XLVI., 1646

Controversiarum index

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1509

non credidisti. ego verò non video. nox oboritur & crassa est.
Iigo. Habet hæc figura manifestius aliquid, non enim narrari res, sed agi videtur.

EPITAPHIVM M. ANNÆI SENECAE.

Cura, labor, meritum, sumptu pro munera honores,
Ite alias post hac sollicitare animas.
Me procul à vobis Deus euocat. illicet actis
Rebus terrenis hospita terra vale.
Corpus auara tamen solennibus accipe saxis,
Namque animam cælo reddimus, ossa tibi.



M. ANNÆI SENECAE
SVASORIARVM
SYLLABVS.

- I. **D**ELIBERAT Alexander an Oceanum nauiget.
- II. Trecenti Latones contra Xerxes missi, cum
erecenti ex omni Græcia missi fugissent, deliberant an ipsi
fugiant.
- III. Deliberat Agamemnon, an Iphigeniam immo-
let, negante Calchante, aliter nauigari potuisse.
- IV. Deliberat Alexander Magnus an Babyloniam in-
terret, cum denunciatum esset illi responso auguris pericu-
lum.
- V. Deliberant Athenienses, an trophyæ Persica tol-
lant, Xerxe minante redditum se, nisi tollerentur.
- VI. Deliberat Cicero an Antonium deprecetur.
- VII. Deliberat Cicero; an permittere salutem Anto-
nio orationes suas comburat.
- VIII. Deliberat Cicero an sua scripta comburat, pro-
mittente Antonio incolumitatem, si fecisset.

CONTROVERSIARVM INDEX.

LIBER I.

Liberi parentes alant, aut vinciantur.

- I. Duo fratres inter se dissidebant, alteri filius erat: pa-

ETIUS

trus in eglaterni i-
stis, ob hoc abdu-
trus accepta hec e-
pater: verance pa-

Sacer-

III. Quadam

zone, & profitie-
milium qui adGraeciam, & vi-
ta, remissa adIII. Ince-
inocuaciu Ve-

Adulterium

Litias

IV. Vir fi-
dulterum cu-filio, ut occi-
ficium. Con-

Raptu-

V. Vna-

stat: altera-

V. Capo-

edimicatur

ter se uxore

ne est adolescentia

scidit: pare-

ebam ducen-

III. Qua-

num in aliis

cete, iste in

piano. Pa-

manni, da-

temperie

eruuis in egestatem incidit , patre vetante adolescens illum aluit, ob hoc abdicatus, tacuit: adoptatus à patruo est. Paterius accepta hereditate locuples factus est: egere cœpit pater : vetante patruo , aluit illum , abdicatur. Contradicitur.

Sacerdos casta è castis, pura è puris sit.

II. Quædam virgo à piratis capta, venit; empta à lenone, & prostituta est. Venientes [ad se] exorabat stipem: militem qui ad se venerat cum exorare non posset, colluctantem , & vim inferentem occidit: Accusata , & absolta, remissa ad suos est: petit sacerdotium. Contradicitur.

Incesta de saxo deiiciatur.

III. Incesta damnata, antequam deiiceretur de saxo, iniuocauit Vestam: deicta vixit: repetitur ad poenam.

Adulterum cum adultera qui deprehenderit dum utrumque corpus interficiat , sine fraude sit.

Liceat adulterium in matre & filia vindicare.

IV. Vir fortis in bello manus perdidit, deprehendit adulterum cum vxore , ex qua filium habebat: imperavit filio, ut occideret: Non occidit: adulter effugit , abdicat filium. Contradicitur.

Rapta raptoris mortem , aut indotatae nuptias optet.

V. Una nocte quidam duas rapuit: altera mortem optat: altera nuptias.

*

VI. Captus à piratis scripsit patri redemptionem. Non redimebatur. Archipiratæ filia eum iurare coagit , ut duceret se vxorem, si dimissus esset: iurauit. Relicto patre secuta est adolescentem: redit ad patrem: duxit illam: orba incidit: pater imperat ut archipiratæ filiam dimittat , & orbam ducat: nolemente abdicat.

Liberi parentes alant aut vinciantur.

VII. Quidam alterum fratrem tyrannum occidit, alterum in adulterio deprehensum , deprecante patre ne faceceret, interfecit. A piratis captus, scripsit patri de redemptione. Pater piratis epistolam scripsit: si præcidissent ei manus, duplum se daturum: piratæ illum dimiscunt: patrem egerent non alit.

Qui fortiter fecerit, militia vacet.

VIII. Ter fortiter agentem pater in acie, quarto voluntem exitre retinet; nolentem abdicat.

LIBRQ. I.

**

ix. Dives tres filios abdicavit: petit à paupere vincum filium in adoptionem: Pauper dare vult; nolentem ire abdicat. Contradicitur. Et

Speciosum iuuenem dominus suus deprehendisse cum vxore in cubiculo testatus est, ob id vxorem suam dimisit hoc nomine, seruum pro adultero postulatum, dominus non defendebat; mulierem, quam petebat, praividicium tuebatur. opus erat aliquo Colore, cùm in cubiculo visa esset cum seruo à marito.

*Vir & vxor iurauerunt, ut si quid alteri obtigisset,
alter moreretur.*

x. Vix peregrè profectus est: misit nuncium ad vxorem, qui diceret decessisse virum. vxor se precipitauit; recreata, iubetur à patre relinquere virum, non vult: abdicatur.

*Raptor, nisi suum & raptæ patrem intra triginta dies
exorauerit, pereat.*

x i. Raptor raptæ patrem exorauit; suum non exorauit. Accusatuerunt dementiae.

Dementia sit actio.

xii. Abdicavit quidam filium. abdicatus se contulit ad meretricem, & ex illa sustulit filium: æger ad patrem misit: cùm venisset, commendauit ei filium suum, & decessit, adoptauit puerum: ab altero pater filio accusatur dementiae.

Ingrati sit actio.

xiii. Torta à tyranno vxor, nunc quid de viri tyrannicidio sciret; perseverauit negare. postea maritus eius tyrannum occidit: illam sterilitatis nomine dimisit, intra quinquennium non pariente. Ingrati actio est.

Dementia sit actio.

xiv. Quidam luxuriante filio luxuriam coepit: filius accusat patrem dementiae.

xv. Qui

x v. Quidam, cùm haberet formosam vxorem, peregrinè profectus est : in viciniam mulieris peregrinus mercator commigtauit : illam appellavit de stupro ; adiecit preces. Negauit illa. Decessit mercator, testamento heredem omnibus bonis reliquit formosam, & adiecit elogion : Pudicam reperi : Adit hereditatem ; redit maritus : accusat adulterij ex suspicione.

LIBRO III.

**

x vi. Mortua quidam vxore ex qua duos filios habebat, duxit aliam. Alterum ex adolescentibus domi parvicij damnatum tradidit fratri puniendum : ille eum exarmato nauigio imposuit : delatus adolescentis ad piratas, archipirata factus est. postea pater peregrinè profectus captus est ab eo, & remissus in patriam, abdicat illum.

De moribus sit actio.

x vii. Popilium parricidij reum Cicero defendit ; absulitus est, proscriptum Ciceronem, ab Antonio missus, occidit Popilius, & caput eius ad Antonium retulit. accusatur de moribus.

x viii. Ter abdicatus comprehensus est à patre, in secreta domus parte, medicamentum terens ; interrogatus, quid esset, dixit, venenum, & velle se mori, & effudit. Accusatur parricidij.

Liberi parentes alant, aut vinciantur.

x ix. Quidam cùm haberet vxorem, & ex ea filium, peregrinè profectus ; & à piratis captus, scripsit de redempzione epistolas vxori & filio. Vxor flendo oculos amisit : Filium euntē ad redemptionem patris, alimenta poscit ; non remanentem, alligari vult.

x x. Mortua quidam vxore, ex qua filium habebat, duxit aliam, sustulit ex ea filium. Habebat procuratorem in domo speciosum. Cùm frequenter essent iurgia nouercent, & priuigni, iussit eum emigrare. Ille trans parietem habitationem conduxit. Rumor erat de adulterio procuratoris, & matris familie. Quodam tempore paterfamiliae in cubiculo occisus inuentus est, vxor vulnerata, communis paries perfoissus : puer iubetur percussorem cognoscere.

Ille procuratorem digito defecauit; accusat filius pro-
curatorem cædis; ille filium particidii.

Dementia sit actio.

xxi. Tyrannus permisit seruis, ut dominis interem-
ptis, dominibus suis nubant. Profugerunt principes ciu-
tatis, inter eos qui filium & filiam habebat, prefectus est
peregre: cum omnes serui dominas suas vitiassem, seruus
eius virginem seruauit: occiso tyranno, reuersi sunt prin-
cipes, in crucem seruos sustulerunt. Ille manumisit, & fi-
liam collocauit. Accusatur dementia.

Prodictionis sit actio.

xxii. Pater & filius imperium perierunt: Praelatus est
patri filius. Bellum commisit cum hoste, captus est: missi
sunt decem legati ad redimendum Imperatorem: Eun-
tibus illis occurrit pater cum auro: dixit filium suum cruci-
fixum, & sero aurum ad redemptionsem tulisse. Illi perue-
nerunt ad crucifixum Imperatorem, quibus illedixit: Ca-
sate proditorem. Accusatur pater prodictionis.

Rapta raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet.

xxiii. Qui dicebatur raptor, negavit se rapuisse: iudi-
cio vietus, vult ducere: illa optionem petit.

L I B . I V .

Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum virum
que corpus interficiat, sine fraude sit.

Ingrati sit actio.

xxiv. Miltiades peculatus damnatus, in carcere alliga-
tus decessit. Cimon filius eius, ut eum sepeliret, vicarium
se pro corpore patris dedit. Callias sordide diues natus, re-
demit eum à Republ. & pecuniam soluit: filiam ei suam
ipse collocauit: quam ille deprehensam in adulterio, de-
precante patre, occidit. Ingrati reus est.

Maiestatis læsa sit actio.

xxv. Flaminus Prætor inter coenam à meretrice roga-
tus, quæ aiebat se nunquam decollari hominem vidisse, v-
num ex damnatis occidit. Accusatur læsa maiestatis.

Per vim metumque gesta ne sint rata.

Pacta conuentaque legibus, rata sint.

Expt.

Expositum qui agnouerit, solus alimentis recipiat.

xxvi. Quidam duos filios expositos sustulit, & educavit. quarenti patri naturali, pollicitus est se indicaturum ubi essent, si sibi alterum ex illis dedisset. Pactum interpolatum est. reddit illi duos filios, repetit ynum.

Qui patrem pulauerit, manus ei præcidantur.

xxvii. Tyrannus patrem in arcem cum duobus filiis accersit; imperauit adolescentibus ut patrem cederent. Alter ex his præcipitauit se; alter cedit patrem. Postea in amicitiam tyranni acceptus, occiso tyranno, præmium accepit. at reus sit cæsi patris: petuntur manus eius: defendit pater.

De vi sit actio.

xxviii. Quidam duos filios sub nouerca amisit; dubia cruditatis & veneni signa insecura sunt. Tertium filium maternus auus rapuit, qui ad visendos nepotes ægros non fuerat admissus: quarenti patri per præconem dixit, apud se esse. Accusat de vi.

Venifica torqueatur, donec confios dicat.

xxix. Quidam mortua vxore, ex qua filium habebat, duxit aliam, & ex ea filiam sustulit: decepsit adolescentis: accusauit maritus nouercam veneficij: damnata cum torqueretur, dixit sibi conscientiam filiam esse. petitur ad suppli- cium puella, pater defendit.

L I B. V.

Iniuriarum sit actio.

xxx. Quidam cum haberet filium & diuitem inimicum, occisus & spoliatus inuentus est. Adolescentis sordidatus diuitem sequebatur; eduxit eum in ius, & postulauit, si quid suspicaretur, accusaret se. Pauper ait, accusabo cum potero: & nihilominus sordidatus diuitem sequebatur. Cum peteret honores diues, repulsus est. Accusat iniuriarum pauperem.

Vir fortius, quod præmium volet, optet.

Si plures erunt, indicio contendant.

xxxi. Pater & filius fortiter fecerunt. Petit pater a filio, ut sibi cederet, ille non vult; iudicio contendit;

vicit patrem; accipit præmio statuas patris: pater ipsum abdicat.

Dementia sit actio.

xxxii. Bello ciuili quædam virum secuta est, cum in diuersa parte haberet patrem & fratrem, vicitis partibus suis, & occiso marito, venit ad patrem; non recepta in domum, dixit, quemadmodum tibi vis satisfaciā? ille respondit, Morere: suspendit se ante ianuam eius: Accusatur à filio dementiae.

Reipublica læsa sit actio.

xxxiii. Quidam expositos debilitabat, & debilitatos mendicare cogebat, ac mercedem exigebat ab eis. Reip. læsa accusatur.

Læsa Religionis sit actio.

xxxiv. Parrhasius pictor Atheniensis cum Philippus captiuos Olynthios venderet, emit unum ex his senem perduxit Athenas, torcit, & ad exemplar eius pinxit Prometheus. Olynthius in tormentis perit. ille tabulam in templo Minervæ posuit; accusatur religionis læsa.

Iniuriarum sit actio.

Fur concione prohibeatur.

xxxv. Quidam cum diuitem proditionis postulasset, noctu parietem eius effodit, & scrinum in quo erant misse ab hostibus epistolæ, sustulit. dominatus est diues. Accusator concionari cum vellet, à magistratu prohibitus, agit iniuriarum.

EPITOMÆ DECLAMATIONVM SENECAE.

LIBRO PRIMO.

Respondet hic liber secundo Declamationum qui Controversiarum primus est.

Liberi parentes alant, aut vinciantur.

Duo fratres dissidebant inter se, alteri filius erat. Pater in egestatem incidit, Patre vetante, adolescens illum

illum aluit, ob hoc abdicatus, tacuit. Adoptatus à patruo est. Patruus, accepta hereditate, locuples factus est, egere ccepit pater. Vetante patruo, aluit illum adolescentem. Abdicatur. contradicitur.

Sacerdos casta à castis, pura è puris sit.

ii. Quædam virgo, à piratis capta, veniit. Empta à le-
none & prostituta est. Venientes ad se exorabat stipem.
Militem qui ad se venerat cum exorare non posset, cum
luctantem, & vim inferre volentem occidit. Accusata, &
reuersa ad suos est. Petitur sacerdotium. Contradicitur.

Incesta de saxe deiiciasur.

iii. Incesti damnata antequam deiiceretur, Vestam
inuocauit: deiecta vixit. Repetitur ad pœnam. Contradi-
citur.

*Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum u-
trumque corpus interficiat, sine fraude sit.*

Liceat adulterium, & in matre, & in filia, vindicare.

iv. Vir fortis in bello manus perdidit. Deprehendit a-
dulterum cum vxore, ex qua filium adolescentem habe-
bat. Imperauit filio, ut occideret. Non occidit. Adulter cf-
fugit: abdicat filium. Contradicitur.

*Rapta raptoris aut mortem, aut indotatas
nuptias petat.*

v. Captus à piratis scriptis de redémptione. Non redi-
mebatur. Archipiratæ filia cum iurare coegit ut duceret se
vxorem, si dimissus esset. Iurauit ei. Relicto patre secura
est adolescentem. Duxit illam. Orba incidit. Pater imperat
vt archipiratæ filiam dimittat & orbam ducat: Nolentem
abdicar.

Liberi parentes alant aut vinciantur.

vi. Quidam alterum fratrem tyrannum, alterum in
adulterio deprehensum, deprecante patre ne faceret, in-
terfecit. A piratis captus scriptis patri de redempzione. Pa-
ter piratis epistolam misit, si præcidissent ei manus, du-
plam pecuniam se daturum. Piratæ illum dimiserunt. pa-
ter in egestatem incidit, petit alimenta. Negantem vult in
vincula ducere.

Qui ter fortiter fecerit, militia vacet.

vii. Ter pater fortis in acie, quarto volentem exi-

LIB. II.

*

Respondet lib. 2. Controversi.

i. * Dives tres filios abdicavit. Petit à paupere unicum in adoptionem. pauper date non vult: Nolentem ire, abdicat. Contradicitur.

ii. Vir & vxor iurauerunt, vt si quid alteri accidisset, alter morceretur. Vir peregrè profectus est; misit nuntium vxori, qui diceret, se deceperit. Vxor se precipitauit. Recreata, iubetur à patre vitum relinquere. Non vult. Abdicatur.

iii. Abdicavit quidam filium. Abdicatus, le contulit ad meretricem, & ex illa sustulit filium. Ager ad patrem misit. Cum venisset, commendauit ei filium suum, & deceperit. Pater post mortem illius in adoptionem recipit nepotem. Accusat pater ab altero filio dementiae.

Raptor nisi intra tricesimum diem & suum &
raptæ patrem exorauerit, pereat.

iv. Raptæ patrem exorauit, suum non exorat. Reum fecit dementiae.

Ingrati sit actio.
v. Torta à tyranno vxor, nūquid de viri tyraanicidio sciret, persecuerait negare. Postea maritus eius tyrannum occidit. Intra quinquennium non patientem, sterilitatis nomine dimisit. Agit illa ingrati.

Dementia sit actio.
vi. Quidam luxurianti filio luxuriari cœpit: accusatur à filio dementiae.

vii. Quidam cum haberet formosam vxorem, peregrine profectus est. In viciniam raulieris peregrinus migrator commigrauit: ter illam appellauit de stupro, adiecit precis. Negauit illa: Decepit negotiator; testamento omnium bonorum suorum reliquit formosam heredem. & adiecit Elogium, quia pudicam compcri. Adiit hereditatem. Redit maritus. Accusat adulterij vxorem ex suspcione.

LIB.

LIB. III.

Cœcus de publico mille denarios accipiat.

i. Decem adolescentes cum bona sua comedissent, sortiti sunt, ut cuius nomen exisset, ex pacto excæcatur, & acciperet mille denarios. Exiit fors cuiusdam. excæcatus est, petiit mille denarios: negantur.

*

ii. Quidam filium accusavit parricidij. *Aquis sententiis* absolutum abdicat.

Cum filio tricenario pater patrimonium

diuidat.

iii. Quidam habuit filium frugi, & luxuriosum. Abdicat luxuriosum: frugi peregrè profectus est. Captus est à piratis, scripsit de redemptione patri. Patre cessante luxuriosus præuenit, & redemit. Rediit frugi. Adoptauit fratrem suum. Abdicatur.

Servarius contra servatorem nequaquam habeat actionem.

iv. Servatus à filio, eum abdicat: Ille præscribit.

Raptæ raptoris aut mortem aut indotatus nupicias petat.

v. Raptor postulat, ut raptæ ducatur: pater non vult.

Damni illati sit actio.

vi. Quidam tyrannum ex arce fugientem cum persequeretur, in priuatam domum compulit. Incendit dominum.

Tyrannus cum domo conflagravit: præmio accepto, agit cum illo dominus damni.

Mala tractationis sit actio.

vii. Filio furenti, & sua membra lanianti, pater venenum dedit. Accusatur ab uxore malæ tractationis.

Qui cætum & concursum fecerit, capitale sit.

viii. Vista Olyntho, cum filio adolescenti Olynthius senex Athenas venit. Athenienses omnibus ciuitatem Olynthus decretuerunt. Invictus ad cœnam ab adolescenti luxurioso, cum filio venit. Ibi cum de stupro filij mentio esset, pater profugit, filius retentus est: Pater fieri ante domum cœpit: incensa est domus. Decem adolescentes perierunt, & filius Olynthij. Accusatur pater, quod cœsum concursumque fecerit.

ix. Eger dominus petiit à seruo , vt sibi venenum daret. Non dedit. Cauit testamento vt ab heredibus crucifigeretur. Appellat seruos Tribunos.

LIB. IV.

Iniuriarum sit actio.

i. Quidam amissis tribus liberis , cùm assideret sepulchro , à luxurioso adolescentē in vicinos hortos deductus est , & detonsus. Coactus conuiuio interesse , mutata ueste dimissus , iniuriarum agit.

Sacerdos integer sit.

ii. Metellus Pontifex , cùm arderet Vesta templum , dum Palladium rapit , oculos perdit : sacerdotium illi negatur.

Imprudentis cædis damnatus , quinquennio exsulet.
Rapta raptoris mortem , aut indotatae nuptias optet.

iii. Cùm quidam haberet filiam & filium , imprudentis cædis damnatus , in exsilium abiit. Filia eius rapta est. Raptor ad patrem pueræ se contulit. Impetravit ab illo , vt iuberet filiam-nuptias optare , & epistolam daret ad filium. Fratre auctore , mortem optauit pueră. Pater redit , abdicat filium.

Sepulchri violati sit actio.

iv. Bellum cùm esset in quadam ciuitate , vir fortis in acie , amissis armis , de sepulchro viri fortis arma susulit : fortiter pugnauit , & reposuit. Premiò accepto , accusatur sepulchri violati.

v. Abdicauit quidam filium. Abdicatus medicinæ fuit. Cùm pater ægrotaret , & medici negarent posse sanari : sanauit. Reductus est patti , ægrotare nouerca cœpit. Desperauerunt medici. Rogat pater filium , vt curet nouercam. Nolentem abdicat.

Mala trahationis sit actio.

vi. Quidam mortua uxore , quæ in partu perierat , duxit aliam ; puerum rus misit. Ex illa subinde sustulit filium

lum. Vtrumque puerum ruri educavit. Post longum tem-
pus redierunt similes Quarenti matri, vter eius esset, non
indicauit. Accusatur ab ea malæ tractationis.

Tyrannicide præmium detur.

vii. In adulterio deprehensus à Tyranno, gladium
extorsit à Tyranno, & occidit eum. Petuit præmium. Con-
tradicitur.

Per vim metamque gesta, irrita sunt.

viii. Bello ciuili patronus victus & proscriptus, ad
libertum confugit. Receptus est ab eo, & rogatus ut ope-
ras remitteret: Remisit. consignatione facta restitutus, e-
xigit operas. Contadicitur.

L I B. V.

Inscripti maleficij sit actio.

i. Quidam naufragio facto, amissis tribus liberis &
vxore incendio domus suspendit se. Prædictis illi quidam ex
prætereuntibus laqueum. A liberato reus fit.

**

ii. Pauper cum haberet filium, & diuitem iamicu-
m filiam habentem, peregrinè profectus est. Rumor fuit de
morte eius: filius cum diuite in gratiam rediit, & eius si-
liam duxit. Reuersus pater, cogit illum vxorem repudia-
te. Nolentem abdicat.

Mala tractationis sit actio.

iii. Duos filios quidam pancratistas instituit, & ad
Olympiam eduxit. Cum compositi essent, ut simul pu-
gnarent, accessit ad pugnantes pater, & ait, abdicaturum
se si quis perdiderit. Commortui sunt iuuenes, & decreti
sunt honores diuini. Reus pater fit malæ tractationis ab
vxore.

*Qui falsum testimonium dixerit, vinciantur
apud eum in quem dixit.*

iv. E duobus filiis profectus est cum uno pater
adolescens solus rediit. Accusatus est à fratre parrici-

dij & damnatus. Diebus fessis intercedentibus, pena ex lege dilata est. Redit pater. Accusavit damnatus fratrem falsi testimonij & obtinuit, & vinxit. Cogit pater, ut vinclum soluat: Nolentem abdicat.

*Qui sciens dāmnum dederit, reddat quadruplum:
qui insciens, simplum.*

v. Diues pauperem vicinum rogauit, vt sibi venderet arborē, quam sibi dicebat obſtarē. Pauper negauit: Diues incendit platanum cum qua & domus arſit. Pro arbo-re pollicetur quadruplum, pro domo simplum.

impudicus concione prohibeatur.

vi. Adolescentis speciosus ſponſionem fecit, muliebri veste ſe exiturum in publicum: Processit. Raptus est ab adolescentibus decem. Accusavit illos de vi, & damnati ſunt. Concione prohibitus à magistratu, reum facit iniuria.

Nocte portas aperire in bello non liceat.

Imperator in bello ſummam potestatem habeat.

vii. Trecenti ab hoſte captiui ad portas nocte veniunt. Imperator non aperuit. Ante portam occisi ſunt. Imperator post victoriam, reus est læſae Republicæ.

Competitor liceat in competitorem dicere.

viii. Tyrannus ſub obligacione dominationem depoſuit, vt ſi quis obiecifret tyrrnidem, capite puniretur. Peccati magistratum, competitor contradicit.

L I B . V I .

**

i. Abdicato fratri, frater chirographum dedit, dimidiā ſe partem hereditatis daturum, ſi non respondifſet irato patri. Ille tacuit. Abdicatur alter à patre.

Exſulem testo & cibo iuare non liceat.

Impudentis cadiſ damnatus quinquennio exſulet.

ii. Quidam cum filium & filiam haberet, imprudentis cadiſ damnatus, in exſilium profectus est. Solebat ve-nire in possessionem vicinam finibus. Resciuit hoc filius:

cacci-

excedit villicum. Villicus exclusit patrem. Cœpit ire ad filiam. Accusata illa quod exulem recepisset, aduocato fratre absoluta est. Post quinquennium pater abdicat filium.

Maior frater diuidat patrimonium; minor eligat.

Liceat filium ex ancilla tollere.

III. Quidam cum haberet legitimū filium alium ex ancilla sustulit & decessit. Maior frater sic diuisit, ut totū patrimonium ex una parte poneret, ex altera nothī matrem. Minor elegit matrem, & accusat fratrem circumscriptiōnis.

Veneficij sit actio.

IV. Proscriptum vxor secuta est. Quodam tempore, secreto poculum tenentem, interrogavit, quid esset. Ille dixit, venenum, & mori se velle. Rogauit illa ut partem sibi daret, & dixit se nolle sine illo viuere. Partem bibit ipse, & partem vxori dedit: Periit illa sola. Testamento inuentus est maritus heres, restitutus arguitur veneficij.

Qui vim in iudicio fecerit, capite puniatur.

V. Missus Iphicates aduersus Thracum regem, bis in acie vicit, fœdus cum eo percussit, & filiam eius duxit vxorem. Cum Athenas redisset, & caussam diceret, visi sunt circa iudicium quidam Thracum, cultris amati: & ipse reus gladium strinxit. Cum iudices citarentur ad iudicandum, palam absolorias tulerunt sententias. Accusatur, quod vim in iudicio fecerit.

Veneficij sit actio.

VI. Quidam cum haberet vxorem, & ex ea filiam nubilem, indicauit vxori, cui eam collocaturus esset. Illa dixit: celerius morietur, quam illi nubat. Decessit puella ante diem nuptiarum, dubijs signis cruditatis, & veneni. Tortit ancillam pater: dixit illa se nihil scire de veneno, sed de adulterio dominæ, & eius, cui collocaturus erat filiam. Accusauit vxorem veneficij, & adulterij.

Dementia sit actio.

VII. Quidam habebat duos filios: duxit vxorem. Alter ex adolescentibus cum ægrotaret, & in ultimis esset, medici dixerunt, animi vitium esse. Intravit ad filium stricto gladio pater, & rogauit ut indicaret caussam filii.

Ait, amare se nouercam. Cessit illi vxorem pater. Ab altero accusatur dementia.

VIII. Virgo Vestalis scripsit hunc versum:
Felices nuptas moriar, nisi nubere dulce est.
Rea est incesti.

Respondet libro 4. Declamationum.

L I B . VII.

**

Respondet Controu.16.

I. Duobus filiis quidam superduxit nouercam. Alterum domi parricidij damnatum tradidit fratri puniendum: ille eum exarmato nauigio imposuit. Delatus adolescens ad piratas, archipirata factus est. Peregitantem patrem cepit, & remisit. Reuersus pater, abdicat filium.

De moribus sit act. o.

Controu.17.

II. Popilium particidij reum Cicero defendit: Absolutus est. Proscriptum Ciceronem, ab Antonio missus, occidit, caput ad Antonium retulit. Accusatur de moribus.

Controu.18.

III. Ter abdicatus, ter absolutus, comprehensus est in secreta domus parte à patre, medicamentum terens. Interrogatus à patre quid esset: Venenum, inquit, & se velle mori, & effudit. Accusatur particidij.

Liberi parentes alant, aut vinciantur.

Controu.19.

IV. Quidam habens vxorem & filium, peregrè profectus, in piratas incidit: scriptis utriusque de redemptione. Vxor flendo cœca facta est. Filium euntem ad redemptiōnem patris alimenta poscit. Non remanentem, alligare vult.

Controu.20.

V. Quidam mortua uxore, quia priuignum habebat,

bat, duxit aliam. Sustulit ex ea filium. Habebat procuratorem speciosissimum. Cum sepe iurgarent, nouerca & priuignus, iussit eum à se migrare. Ille trans parietem habitationem conduxit. Rumor erat de adulterio matris, & procuratoris. Quodam tempore in cubiculo suo pater occisus est inuentus, vxor vulnerata, communis partes perfossus. Placuit propinquis quæri à filio quinquenni, qui una dormierat, quem percussorem agnoscet. Ille procuratorem digito monstrauit. Et filius procuratorem accusat cædis: ille eum parricidij.

Dementia sit actio.

Controu. xxr.

vi. Tyrannus permisit seruis dominas suas rapere. Profugerunt principes ciuitatis: & simul qui habebat filium & filiam: cum omnes serui dominas vitiassem, seruus eius virginem seruauit. Occiso tyranno, reuersi sunt principes. In cruce seruos sustulerunt. Ille manumisso filiam collocauit. Reus est à filio dementiae.

Proditionis sit actio.

Controu. xxii.

vii. Pater & filius imperium petierunt: Prælatus est filius: Commissio prælio captus est. Missi sunt quadraginta legati ad Imperatorem redimendum. Occurrit euntibus pater, dixit: Sero attulisse aurum ad redemtionem, filium crucifixum esse. Illi peruererunt: quibus imperator ex cruce dixit: *Cauete proditorem.* Reus sit pater proditoris.

Rapta raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet.

Controu. xxiii.

viii. Rapta producta, nuptias optauit. Iuuenis raptoris se negauit. Conuictus est. Illa optionem petiit, raptor contradicit.

LIB. VIII.

Magistratus de confessa sumat supplicium.

i. Amisso quedam viro cum duobus liberis, laqueo se suspendit. Incidit ei laqueum tertius filius. Cum sacrilegio facto, quereretur sacrilegus: illa dixit magistratui, se fecisse sacrilegium. vult magistratus, tanquam de confessa, sumere supplicium. Filius contradicit.

Sacrilego manus praecidantur.

II. Elij ab Atheniensibus Phidiam acceperunt, vt is Iouem Olympium faceret: pacto interposito, vt aut Phidiam aut centum talenta redderent. Ioue perfecto Elij Phidiam, aurum rapuisse dixerunt: & manus tanquam sacrilego praeciderunt: truncatum Atheniensibus reddunt. Petunt Athenienses centum talenta. Contradicitur.

¶

III. Duorum iuuenum pater vni vxorem dedit: quo petegre profecto, infamari ceperit sacer in nrum, Maritus reuersus abduxit ancillam vxoris, & rorsit. Illa laqueo in tormentis periit. Maritus incertus quid quæserit, laqueo se suspendit. Imperat alteri filio pater, vt eandem ducat. Nolentem abdicat.

Homicida insepultus abiiciatur.

IV. Quidam se occidit. Petitur vt insepultus abiiciatur: Contradicitur.

Vir fortis premium, quod volet, optet.

V. Abdicavit filium quidam: Ille tacuit. Fortiter fecit. Petit pro præmio ad patrem redditum: Pater contradicit. Pater postea fortiter fecit: Petit ad se filij redditum: filius contradicit.

Vitiosa vitioris aut mortem, aut indotatas nuprias optet.

VI. Diues pauperem de nuptiis filiæ interpellauit tertio. Ter pauper negavit. Profectus cum filia, naufragio expulsus est in diuitis fundum. Appellauit illum diues de nuptiis filiæ. Pauper tacuit; & fleuit. Diues nuprias fecit. Redierunt in virbum. Vult pauper ducere puellam ad magistratus. Diues contradicit.

L I B . IX.

Adulterum cum adultera qui deprehenderit dum utrumque corpus interficiat, sine fraude sit.

Ingratis sit actio.

Responde lib. 5. Controv. xxiv.

V. Miltiades, peculatus damnatus, in carcere alligatus;

eius, decessit. Cimon filius eius, ut eum sepeliret, viarium se pro patris corpore dedit. Callias diues, sordide natus, redierat eum à repub. & pecuniam soluit: eique filiam collocavit. Ille deprehensam in adulterio, deprecante patre, occidit vxorem. Ingrati reus est.

Maiestatis lēsa sit actio.

Controu. xxv.

ii. Flaminus Prætor Romanus inter cœnandum à meterrice rogatus, quæ aiebat nunquam se vidisse hominem decollati, vnum ex damnatis occidit. Acculatur lēsa maiestatis.

*Per vim metāque gesta, non sint rata.**Pacta conuentaque legibus, rata sint.**Expositos qui agnoverit, soluis alimentis recipiat.*

Controu. xxvi.

iii. Quidam duos expositos sustulit, & educavit. Querenti patri naturali, pollicitus est, se indicaturum, ubi essent, si sibi alterum ex illis dedisset. Pactum interpositum est, reddit illi duos: repetit vnum.

Qui patrem pulsauerit, manus ei præcidantur.

Controu. xxvii.

iv. Tyrannus patrem cum duobus filiis in areem accerit: Imperauit adolescentibus, vt patrem cæderent. Ex his alter præcipitauit se, alter cæcidit patrem. Post in amicitiam tyranni acceptus est. Occiso tyranno, præmium accepit. At reus fit cæsi patri. Petuntur eius manus: pater defendit.

De vi sit actio.

Controu. xxviii.

v. Quidam duos filios sub nouerca amisit, dubiis signis cruditatis & veneni. Tertium filium auus maternus rapuit: quod ad visendos nepotes ægros non fuerat admissus. Querenti patri, per præconem dixit, apud se esse. Accusat de vi.

Venefica torqueatur, donec consciens indicet.

Controu. xxix.

vi. Quidam mortua uxore, ex qua habebat filium, duxit aliam, & ex ea filiam sustulit. Veneficij damnata, dum torqueretur dixit, consciens filiam. Petitur ad supplicium puella. Pater defendit eam.

CONTROV. INDEX.

LIBRO X.

Iniuriarum sit actio.

Respondet Controuerſiae xxx. Libro vi.

i. Quidam cūm haberet filium & diuitem inimicūm, occīlus & spoliatus inuentus est. Adolescens fōrdidatus sequi diuitem cēpīt. Dives eduxit eum in jus, & pōstulauit, si quid suspicaretur, argueret. Adolescens ait: Accusabo, cum potero. Dives petēns honores, repulſus est. Accusat iniuriarum pauperis filium.

Viro fortī p̄mūlūm sit. Si plures erunt, iudicio contendant.

Controu. xxxi.

ii. Pāter & filius fortiter fecerunt. Pater petit à filio, vt sibi cederet, ille noluit. Iudicio contendenterunt. Vicit patrem: petit prēmia statuas patri. Abdicatur. Contradicit.

Dementia sit actio.

Controu. xxxii.

iii. Bello ciuili virūm quēdam secuta est, cum in diuersa parte haberet patrem & fratrem. Victis partibus suis, & occiso marito, venit ad patrem; à quo non recepta, ait patri, Quemadmodum vis tibi satisfaciām? Ille respondit: Morere. suspendit se ante ianuam eius. Accusatur pater à filio dementiae.

Reipublica laſa sit actio.

Controu. xxxiii.

iv. Quidam expositos educabat, & debilitatos mendicare cogebat, vt sibi mercedem referrent. Accusatur laſa Reipub.

Religionis laſa sit actio.

Controu. xxxiv.

v. Parrhasius pictor Atheniensis, cum Philippus captiuos Olynthios venderet, emit vnum senem: duxit Athenas, deinde torsit. Ad exemplum torti, Prometheus pinxit. Olynthius in tormentis perit, ille in templo Minerue tabulam posuit. Accusatur laſa Religionis.

*Iniuriarum sit actio.**Fur coniōne prohibeatur.*

Controu. xxxv.

vi. Quidam cum diuitem accusasset proditionis, noctu parietem domus eius perfodit, & scrinum, in quo missæ erant

erant ab hostibus literæ, sustulit. Daminatus est diues. Cum concionari vellet accusator, à magistratu prohibitus est. Agit iniuriarum.

GRÆCA

Quibus hiatus omnes explentur, ut que accesserint, appareant.

SVASOR. I.

Ιχθὺς οἱ Θεοὶ πέρ τε πέδου μοναχόριστοι θεοῖσι.

Qualis erat sanguis manans è corpore Diuum.

Αγάλμα κυπελλον.

Vicissim irrideat.

Διόνυσον

Bacchum

Κύριε, ὦ Ζεὺς τὸν μανίον σου Σεμίλην ἀπεσιγνύεις.

Domine, Iupiter matrē tuam Semelem indotatam habuit.

ΟΚΤΑΒΙΑ ΚΑΙ ΑΘΗΝΑ ΑΝΤΩΝΙΩ.

Octavia & Minerua Antonio.

*Τέτο τὸν εἴη Σιμόνες ἔδει Γρανίνγες, Τέλο εἰ μή η παντὸν λῶ, τὸν
αὐτὸν εὔχεται.*

Hic Oceanus Simois non est, neque Granicus, nisi quid errat, quod postremo loco succumberet.

Καὶ Διὸς οὐτο μέντοι εἴην ὅπ αὐτῷ μὴ παντα, μῆτὴ αὐτῷ καὶ θέν.

*Et ipsum propterea maximum, quia quidem post omnia,
post ipsum verò nihil.*

*Βέλεων' αἱ γεολαγά ταῦταις ήλίσσει; οὐδο Εὐηπτοντίας ήσοντι φε-
σσῶτες; οἱ δὲ θεοὶ τῷ Παμφυλίῳ πελάγῃ τηνέματον θεομον πα-
ρεχοδονάρθρον αὔκησον; ἔδει Εὐφράτης τετράς εἴην, τέλο Ιαδα-
πάτη οὐκινείσον, εἴτε φύσεως ὡραὶ, εἴτε περιτύπων σοι-
χεῖον, εἴτε γένεσις θεῶν ταῦταν εἴην, η δὲ αἰτίας οὐδα.*

*Vultis ne ὁ Ιουνεν πλures soles? Duo præfecti Hellepon-
tiacis littoribus? Qui verò in mari Pamphilī terminum
datum exspectemus æstuarium vadosum? Neque Eu-
phrates hic est, neque Indus, sed arcanum quid, siue na-
tura limes, siue antiquissimum Elementum, siue ortus
primorum Deorum est, vel simpliciter aqua.*

*Eritis θεοὶ ναῦς ἐπι μιᾶς φοργῆς, εἰς αἰγαλόνας ἐνθεοῖς εἰς τοὺς οἰ-
εράτες δύορες.*